

Band XI., Nr. 5110, Seite 125

König Adolf von Nassau bestätigt dem Kloster Adelberg die Schenkung, die ihm weiland Graf Ludwig von Spitzenberg mit dem Patronatrecht in [Gross-]Süssen gemacht hat.

Ulm, 1298. März 21.

Adolfus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Regalis excellentie dignitas tunc vere laudis titulis sublimatur et eminenti decore prefulget, cum fidelium suorum devotionem clementer attendit et eis confirmat que a suis antecessoribus et aliis Christi fidelibus sibi sunt collata ac religiosis monasteriis et ecclesiis de sua liberalitate de novo beneficia elargitur. Cum igitur nobilis vir quondam Ludewicus comes de Spizenberc consentiente quondam Eberhardo filio suo honorabilibus ac religiosis viris . . . preposito et conventui de Madelberch in remedium anime sue et suorum remissionem peccatorum ius patronatus ecclesie parrochialis in Siezzen quod ad ipsum spectabat contulerit pleno iure, nos predictorum prepositi et conventus nostram clementiam inplorantium devotis supplicationibus favorabiliter inclinati dictam collationem utpote rite factam et provide de plenitudine potestatis regie innovamus ratificamus confirmamus ac eisdem preposito et conventui et ipsorum monasterio ius patronatus ecclesie supradicte ac omne ius si quod nobis^a et imperio in ecclesia memorata competiit seu competere videbatur, damus et donamus in ipsos eorumque monasterium liberalitate regia transferendo dantes has litteras sigillo nostre maiestatis signatas in testimonium premissorum.

Datum in Ulma, XII. kalendas Aprilis, indictione undecima, anno domini MCC nonagesimo VIII., regni vero nostri anno VI.

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roten und gelben Seidefäden das Majestätssiegel.

^aNach *nobis ist et in perio* [sic] gestrichen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 153

Überlieferung und Textkritik:

Original mit deutscher Übersetzung.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 73. Regesta Imperii Abt. 6, Bd. 2, S. 341, Nr. 962.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ulm

Aussteller:

Adolf; von Nassau, König

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)

Adelberg - Kloster, Adelberg, GP

Großsüßen, aufgeg. in Süßen GP

Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)

Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W

Ulm UL

Ulm Gemeinde (16620)

Ulm Wohnplatz (16648)

Ulm, UL